

05

A

2302





I. N. D. N. J. C.
EXERCITATIO JURIDICA XXXIX.

De
PRIVATIS DELICTIS

Quam
Suffragante Magnifico & Nobilissimo Jctorum
Ordine in incluta LL. nutrice Salanâ

PRÆSIDE

V I R O

Nobilissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo

DN. GEORG-ADAMO Struben

J. U. D. & Prof. Publ. Consiliario Saxonico,

Facultatis Juridicæ h. t. Decano, Curia Provincialis

& Scabinatus Assessore gravissimo,

Præceptore & Promotore

plurimum de venerando

Potiores ex ejusdem Publicis & Privatis Prælectionibus delibatas theses publicè ad Disputandum proponens suscipit

DAVID CICHORIUS Hojerschwerdâ-
Lufatus,

In Auditor. Jctorum

D. August. Horis à VII. Matutinis.

JENÆ Prelo LOBENSTEINIANO
A. R. S. cl; lcc XLVIII.

REPERTORIUM BIBLIOTHECAE XXXIX

PRIMA PARTIS

Supplementum ad Repertorium Bibliothecae XXXIX

V I R O

REPERTORIUM BIBLIOTHECAE XXXIX

PRIMA PARTIS

Supplementum ad Repertorium Bibliothecae XXXIX

REPERTORIUM BIBLIOTHECAE XXXIX

PRIMA PARTIS

Supplementum ad Repertorium Bibliothecae XXXIX

REPERTORIUM BIBLIOTHECAE XXXIX

LIBRARIUS

In officio Typographico

D. Augusti, hinc & illinc

LENAE Typo-Topographico

A. R. S. de XLVIII

NUnquid in humano cætù datur unus & alter
Vixere elapsos quotquot ab orbe dies
Crimine qui fuerit delicto & purus ab omni?
In sacris mendax dicitur omnis homo.
Quis nescit sapiente quod & sapientior erret
Non errare D E I solius esse palam est.
Et de delictis hominum erratisq; Cichori
Te iuvat in nostrâ disseruisse scholâ?
Dantur in erratis majora minoraq; dantur
Hinc etiam errantes pœna nec una manet
Hæc didicisse decet juvenem, vir factus ut olim
Des operam his praxis convenienter eat.

Σὺν ὑποκρίσει

JOHANNES MAJOR D.

WEr iezo sich begiebt nach hoher Kunst zu streben
Wird von der Welt verlacht: Dargegen welche kleben
An Gold' vnd grossen gut/ die werden fürgesetz't
Vnd schweben oben an; der/ welcher sich ergetz't
An Hochmuth/ Kleider- Pracht/ wird hoch vnd groß geachtet.
Nun die verkehrte Welt/ die alles nur verachtet
Was Kunst vnd Weißheit ist/ mag immer fahren hin/
Vnd an der Vppigkeit nur suchen ihr Gewin:
Ihr **WERTHE!** thut sehr wohl/ daß ihr die Bücher liebet
Die Themis zeigt uns/ vnd sonders ietzt euch übet
Zu reden öffentlich/ wie der zu straffen sey
Der **HEZMECH** ihme lest belieben dieberer/
Vnd was der Fehler mehr. Nu kämpffet vnd bestreitet
Der widersacher Mund. Seht! Themis hat bereitet
Euch schon die Ehren-Kron' / Euch der für Güter-Dunst
Vnd hochfarth dieser Welt/ ihr liebet Edle-Kunst.

Johann Heinrich Gramman.

Livor urens pone flammam! Membra conde squalida!
Ipsa cum Themis tenebat docta, doctâ dexterâ
Paginam hanc, quæ taxat afficitque poenis crimina:
Læta saltitans suprema voce clamitabat: est
Vera res ut circularis jactitavit Cynthia:
Cursor æthræ buccinare cæpit ut certamina,
Astra noctibus serenâ si micant cælivaga
Antra si percurrit alter; si vagus passu vago
Errat hinc & inde; tristes quando mandat liminâ
Sylvia voces; Serenâ languido tundit fores
Sauciæ sopore surdas; verba perdit dulcia:
Ecce *Noster* entheatî sedat æstum pectoris,
Datque se secretiori tunc theatro, Cæsaris
Jura, sic Triboniani sancta lustrat. Sæpius
Judicant, regunt beatam legibus Rempublicam
Scripta magnorum Virorum. Digna dictu, præmio!
Tunc galero tectus, ales adstitit Cyllenius.
I, Themis, proinde, dixit, turbidos, Celer, Notos:
Iussu Terræ redde, Cœlis, da Mari solemnia.
Quo renatus occidensque Phœbus arcet littore,
Lucidam facem corusco, dissipa, colore. Dic:

EST. CICHORIUS. POLITA. QUEM. TABELLA. HÆC. CONTINET!
INDEFESSUS. ILLE. UBIQUE. QUEM. THEMIS. VULT. PRODERE.
EST. TENELLA. INCLUSIT. ÆTAS. CUI. CALORES. ARIDOS.
LIVOR. URENS. PONE. FLAMMAM. MEMBRA. CONDE. SQUALIDA!

*Exiguâ his Eximii ac Præstantiss. Dn.
Respond. convictoris dilecti deside-
rio deesse haud voluit*

Janus Nicolai LL. Stud.



I. N. J.
EXERCITATIO TRICESIMA NONA
De
PRIVATIS DELICTIS

Ad D. L. 47. C. L. 6. t. 2. L. 9. t. 32. ad t. 40. tit. 19.

THESIS I.



Elicitum est factum in se illicitum immediate, extra ullius conventionis considerationem, contra legum prohibitionem sponte commissum, quo ad præstandum quid patiendumve quis se obligat l. 25. §. 1. l. 4. d. O. & A. pr. f. b. Ita describimus delictum ad differentiam illius illiciti, quod per

R. David
Cichorio
Hojer-
schwerdã
Lusato.
26. August.
1648.

accidens incidit in facta per se licita nim. conventiones: Quod Molina d. 7. §. 7. t. 3. tr. 2. D. 680. dupliciter fieri dicit: primo celebrando injustum contractum cum aliquo, aliquidve injuste eo contractu exigendo aut accipiendo: secundo, non implendo id, quod quis ex contractu (sive principaliter sive accessorie) prestare tenetur. Hæc ille. Atq; sic hoc damnum committitur contra conventionem initam, & ex illâ conventionem ad reparationem ejus quis tenetur, nec non in quibusdam contractibus ob singularis fidei violationem infamia notatur. Damnum verò in delictis extra conventionem immediate contra leges infertur, & præter reparationem damni, si quæ fieri potest, etiam ob ipsam vitiositatem pœnam meretur. Jung. Dn. Præs. Diss. d. damn. th. 24. 25. 69. It. Exerc. 1. th. 19. 20. 22. Exerc. 4. th. 2.

II. Dicimus: factum sponte commissum: ad excludendam (i.) nudam cogitationem l. 18. d. pœn. l. 225. d. V. S. Sed quid de conatu dicendum? Dist. an conatus dicatur tantum resp. ejus in quem committitur, resp. verò perpetrantis delictum sit in actum deductum, & tunc delictum verè commissum habetur §. 8. in fin. h. in atrocibus tamen delictis pœna mitigatur. Vid. Carpz. prax. crim. l. 9. 17. n. 21. 23. an verò resp. ipsius quoque facientis sit tantummodò conatus, & quidem

SSR

hic

hic ad levius delictum tendens ratione circumstantiarum
 aliquando delictum imperfectum erit, merens aliquam pœ-
 nam extraordinariam; aliquando verò ne quidem extraordi-
 nariæ pœnæ erit locus *vid. l. 15. §. 10. d. injur. l. 6. l. 22. §. 4. ad L.*
c. d. fals. l. 21. §. 7. d. furt. l. 3. d. his qui noc. inf. l. 1. §. ult. quod quis q.
jur. Add. Ant. Matth. tr. d. crim. in L. 48. t. 5. c. 3. n. 10. Conatus ve-
 rò, quo attentatum est delictum atrocius, itidem delictum,
 perfectum non est, quod ordinariâ pœnâ punitur; est tamen
 quoddam delictum imperfectum, leviori seu extraordinariâ
 pœnâ plectendum, prout actus à delicto est remotus vel illi
 propinquus *l. 1. pr. §. f. d. extr. crim. ord. crim. art. 178. Ant. Matth.*
L. 48. t. 3. c. 2. n. 7. Carpz. 2. q. 61. n. 2. q. 88. n. 3. q. 91. n. 31. q. 76.
n. 56. exceptis quibusdam criminibus, in quibus conatus pro-
 perfecto habetur delicto nim. (1.) in attentato homicidio *l. 7.*
C. ad L. C. d. sic. l. 1. l. 14. C. eod. quod tamen usu non servatur.
Vid. Perez. ad t. C. n. 5. Matth. d. t. 5. c. 3. n. 11. §. t. 18. c. 4. n. 13.
 præterquam in assassinio, modo conatus ad proximum deli-
 cto actum pervenerit *Matth. d. t. 5. c. 1. n. 3. Carpz. 1. q. 19. n.*
52 58. quid in latrocinio obtineat exponit Idem 1. q. 22. n. 70. 71.
 (2.) parricidio *l. 1. in fin. ad L. Pompej. de parric. l. ult. C. d. his qui*
par. vel lib. occ. quod itidem non simpliciter obtinet, aliquan-
 do tamen pro qualitate conatus ordinariæ pœnæ locus est
arg. d. o. c. art. 178. Carpz. d. 1. q. 17. n. 13. & hæcenus probari potest
sententia Matth. L. 48. t. 6. c. 1. n. 7. (3.) in crimine perduellio-
 nis *l. 5. pr. C. ad L. Jul. Maj.* cujus criminis nec non fractæ pacis
 publicæ conatus etiam hodie ordinariâ pœnâ punitur *Carpz.*
1. q. 41. n. 4. q. 35. n. 28. q. 37. n.

III. Excluditur istis verbis (2.) damnum casu fortuito
 datum *l. 1. l. 5. ad L. c. d. sic. l. 31. ad L. Aquil. d. crim. a. 146.* Eorum
 verò quæ sponte fiunt alia fiunt cum electione seu dolo; alia
 sine electione seu culpa. *Vid. Dn. Prof. Diss. d. dol. culp. cas. ib.*
27. & seqq. Illiusmodi factum perfectum delictum constituit.
Arist. 1. Rhet. 13. l. 7. ad L. c. d. sic. Jung. Exerc. 6. thes. 16. Hu-
 jusmodi verò imperfectum, & sec. modum culpæ, extra-
 ordinariâ pœnâ coercetur *Arist. 3. Eth. 1. l. 108. d. R. 7. l. 1. §. 3. l. 15.*
ad L. c. d. sic. d. art. 146. Add. Matth. d. tr. proleg. c. 1. n. 2. 3. Cum
 autē lex Aquilia damnum injuriâ datum vindicans respiciat
 damni

damni reparationem & interesse, quod loco pœnæ est Exerc. 12. tb. 6. atq; ita hæc vindicta respectu solius patientis æstimetur: ideò in isto delicto perinde est an dolo an culpâ fuerit perpetratum, d. Ex. tb. 4. Atq; hæc ita se habent quando dolo vel culpâ propriâ quid committitur. Quod si v. culpa aliena in aliquem redûdet, & quis tantum ex culpâ præsumptâ teneatur, quasi delictum dicitur, V. l. 1. f. d. obl. quæ ex quasi del. Exerc. 12. tb. 10. & seqq.

IV. Hinc sequitur (1.) quod planè delictum non committat qui rationis usu caret, adeoq; nec dolo nec culpa agit, vel propter furorem l. 12. ad L. C. d. sic. l. 3. §. 1. d. injur. l. pen. §. ult. d. L. Pomp. d. parric. l. ult. in fin. d. adm. tut. l. 40. d. L. f. l. 5. §. 2. ad L. Aquil. nisi furiosus intervallis sapiat, & eo tempore deliquerit l. 14. d. off. præf. Sed quid si ante furorem crimen admissum, an furore superveniente subjici pœnæ saltem extraordinariæ delinquens poterit? N. cum Ant. Matth. d. tr. proleg. c. 2. n. 7. Carpz 3. q. 145. n. 22. vel propter ætatem infans sc. & infantia proximus §. 9. d. inut. stip. Arist. 1. M. M. 34. l. 12. ad L. C. d. sic. §. 18. h. l. 3. §. 1. d. sep. viol. l. 2. §. 19. vi bon. rapt. l. 3. §. 1. d. injur. Vid. Dn Carpz. 3. q. 143. n. 9. & 30. Matth. d. c. 2. n. 2. (2.) Quibus est debilius animi iudicium, in illis minor est dolus, ut propter minorem ætatem l. 37. §. 1. d. minor. l. 23. d. furt. l. 3. d. R. f. l. 1. C. si adv. del. c. 6. d. homic. Carpz d. l. n. 59. & seqq. (3.) Qui ratione imperfectè utuntur, illi à dolo sed non à culpâ immunes, ut propter morbum melancholiæ Vid. Heig. 2. q. 38. n. 25. & seqq. Theodor. coll. crim. D. 20. tb. 4. b. Carpz. d. q. 145. n. 53. Zacch. quest. Medicoleg. L. 2. t. 1. q. 9. propter ætatem sive teneram, ut pœbertati proximi Arist. 3. Etb. 4. §. 18. h. l. 7. C. d. pœn. c. 1. c. 2. d. delict. pueror. Vid. Carpz. d. l. n. 21. 35. Matth. d. c. n. 2. 3. 4. sive senilem, Vid. Carpz. q. 144. n. 36. E contrario cum prodigi perfectum intellectum habeant, ne quidem mitiganda in illis pœna arg. l. pen. d. inc. ruin. naufr. l. 23. §. 2. d. edil. edict. Vid. Matth. d. c. n. 11. Non obst. l. 40. d. R. f. Ex dictis decidi potest, quod surdi & muti si appareat illos usu rationis non destitui, perinde ac alii homines delinquant & puniri debeant arg. l. 3. §. 8. 10. d. Sct. Syllan. modò ex ejus signis atq; nutibus de confessione delicti, & de qualitate delicti ex testium depositionibus constet. Conf. Carpz 3. q. 147. Matth. d. c. n. 12.

V. Non solum verò is delicti reus, qui illud facto suo ipse commisit, sed & qui facto suo ad commissionem illius concurrat. Concurrat autem (1.) consilium suggerendo: idque aut simplici adhortatione, & si delictum fuerit secutum, non nisi levis poenae erit locus *arg. S. 11. h. l. 36. pr. d. furt. l. 20. d. his qui not. inf.* aut persuasione, instructione & subministratione modi & occasionis ad delinquendum: & ita idem delictum cum delinquente admittitur *l. 12. ad L. Jul. d. adult.* limitant tamen comuniter, nisi alter absq; consilio tali fuisset commissurus, tunc levius punietur instruens *N. 134. c. 10. l. 1. S. 2. d. extr. crim. d. S. 11. b. l. 53. d. V. S. l. 36. d. furt. l. 11. S. 6. d. injur. Matth. in L. 48. t. 18. c. 4. n. 18. Add Clar. S. f. q. 88. ibiq; Bajardus. Menoch. d. a. 1. q. 351. Theodor. coll. crim. D. 7. th. 6. lit. e. circ. sn. Carpz. 2. q. 71. n. 56.* (2.) auxilium scienter ferendo & quidem aut ad ipsius delicti perpetrationem, sive ante sive in ipso crimine, & dist. solent inter auxilium proximum quod poenâ ordinariâ plectendum & remotum, quod extraordinariâ. *l. un. C. d. crim. pec. d. Nov. 134. c. 10. l. un. C. d. rapt. v. g. l. 2. ad L. Pomp. d. Parric. O. crim. art. 177. V. Stephan. ind. art. Matth. in d. l. 48. t. 18. c. 4. n. 19. Carpz. 1. q. 37. n. 59. q. 42. n. 62. p. 22. n. 13. S. 2. q. 87 ubi latè de auxiliantibus in furto q. 89. n. 56.* Aut post delictum jam perpetratum, & dist. an quis participaverit de illo, quod forte delicto ablatum, & ratione ejus poterit conveniri *l. 14. C. d. furt.* an verò tantum ad occultandum delictum opem tulerit & extraordinariè punitur. *Vid. Carpz. 2. q. 87. n. 39. 40. S. 4. q. 134. n. 62.* (3.) mandato: si nim. quis per alium delictum, quod ipse vult admissum exsequatur, & tam mandans quàm mandatum exsequens ordinariâ poenâ afficiendi *l. 15. ad L. c. d. sic. l. 5. C. d. accus. l. 11. S. 3. d. injur. Exerc. 18. th. 5. Matth. c. 1. n. 12. Dn. Carpz. 1. q. 4. q. 37. n. 48. q. 50. n. 32. 2. q. 91. n. 21.* Sed quid si mandataris fines mandati excesserit *Vid. Id. d. q. 4. n. 17.* Non autem quod de mandante dictum, in ratum habente obtinet. *Vid. Matth. d. c. 1. n. 14.* (4.) permittendo, qui cum possent prohibere, non prohibuerunt, his sec. circumstantias poena extraordinaria infligitur, exceptis criminibus quibusdam *l. 9. S. 1. ad L. c. d. fals. l. 2. 6. ad L. Pomp. d. parric. l. un. C. d. rapt. virg. l. 6. C. ad L. Jul. Maj. Vid. Matth. d. c. 1. n. 15.*

VI. Distin-

VI. Distinguuntur delicta in privata; extraordinaria; popularia; & publica *Pac. Isag. h. n. 1. 2. Conf. d. alius div. Matth. c. 3.* Delicta privata sunt in quibus potissimum læsio privati attenditur, adeoque is cuius interest inde apud magistratum experitur, ut reus ex delicto ipsi obligatus ad resarciendum damnum, vel etiam ad pœnam pecuniariam sibi præstandam condemnetur. *l. 7. §. 1. d. injur.* Ita enim ordinariè ex delictis privatis civiliter agitur: potest verò etiam ex illis quis criminaliter agere ad pœnam scil. corporis afflictivam aut mulctam fisco inferendam *l. f. b. l. ult. d. furt. §. ult. d. injur. §. 10. f. eod. unius tamen electione altera tollitur, si utraq; ad vindictam competat l. 6. d. injur l. 56. §. 1. d. furt. l. 14. d. accus. Non obst. l. un. C. qn. act. civ. cr. prax. V. Matth. in L. 47. t. 1. c. 4. n. 3.* Ista tamen criminalis persecutio distinguenda ab accusationibus publicis, quæ fit ex delictis publicis. *Add. Exerc. seq. tb. 2.* Sunt autem delicta privata quatuor *pr. f. b.* Lædit nim. quis alterum aut rem auferendo (vel aliàs ad suum lucrû adhibendo) sive clam, & dicitur furtum; sive vi apertâ & dicitur rapina: aut alteri in re personæ ejus damnum inferendo: ubi spectatur vel ipsum damnum injuriâ datum, quod vindicatur Lege Aquiliâ *Vid. Exerc. 12. tb. 4.* Vel injuriosum factum, & dicitur in specie *Injuria.*

VII. Furtum est del. priv. rem alienâ mobilê, fraudulenter invito domino lucrifaciendi gratiâ, contrectando commissum, quo quis obligatur ad pœnâ læso præstandâ *§. 1. b.*

IX. Formale itaque furti consistit in contrectatione (non in simplici inficiatione *l. 67. b. l. 3. §. 18. d. acq. vel am. poss. Non obst. l. 47. eod. Vid. Matth. in L. 47. t. 1. c. 1. n. 4.*) illâ, quæ tam respectu ipsius lædentis lucrum injustum scienter respicientis, quàm respectu læsi, cui non nisi invito fit injuria, fraudulenta sit. *Add. Bonifac. tr. d. furt. §. animo lucrifaciendi n. 3. 4.* Alterutrum si defuerit, non est furtum, si nim. vel domino volente fiat, licet contrectans animum lucrifaciendi habeat *§. 8. h. l. 46. p. 7. eod. Vid. Matth. d. t. 1. n. 6. Confer. Molin. d. 7. §. 7. tr. 2. D. 6. 81. vel cum quis existimat se justè ac volente domino lucrari, cum tamen invito fiat §. 7. b. l. 46. §. 7. l. 76. pr. eod.* Hinc etiam si quis extremâ necessitate

adactus, quid aufert, furtum non committit, cum ista necessitas dolosum lucrificandi animum excludere videatur: *Vid. o. crim. art. 166. ibi Stephan. Conf. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. Matth. d. l. n. 7.*

II. Contrectatur ita res mobilis §. 2. d. usuc. l. 25. b. (etiam liber homo, qui est in potestate patris §. 9. b. l. 14. §. 13. l. 38. eod. *Add. Hortens. in d. §. 9.*) & in illa etiam minimi pretii furtum committitur §. 16. d. r. d. l. 14. §. ult. l. 26. l. 27. l. 37. b. N. 69. c. 1. sive ipsa res illi qui jus in re habet, §. 10. b. l. 66. pr. l. 12 §. 2. l. 19. §. 5. 6. b. vel aliàs interest §. 17. b. e. g. ratione custodiae debitae, aut impenzarum servandarum auferatur; sive ad usum non concessum adhibeatur §. 6. b. l. 40. l. 54. b. l. 15. §. 59. b.

IX. Distinguitur furtum in manifestum & non manifestum. *Non obst. l. 21. b.* Illud dicitur, quando fur in actu furandi durante à quovis deprehenditur: l. 7. §. f. b. deprehenditur autem ita vel verè (1.) in ipso furto. (2.) in loco, quo rem contrectat. (3.) antequam eò pervenerit, quò rem perferre destinaverit: vel fictè (1.) si furem fugientem proximè insequamur (2.) si fur, qui videtur acclametur §. 3. b. l. 7. §. 1. 2. b. *O. crim. art. 158.* Hoc est, quando fur in actu furandi nullo modo deprehenditur d. §. 3. b. l. 5. b. *O. crim. a. 157. Vid. Bocer. tr. d. furt. t. 1. n. 11. & seqq.*

X. Oritur ex furto actio furti, quae datur illi, in quem (*sec. th. 8.*) furtum commissum, contra furem & quidem manifestum in poenam quadrupli; non manifestum in poenam dupli §. 5. b. *Conf. Matth. d. l. c. 2. 4.*

XI. Cum verò postea compertum fuerit; istam poenam furtis coercendis non esse sufficientem: hinc gravior non quidem omnibus indistinctè sed enormioribus furibus poena & quidè criminalis Jure Carolino nò injustè statuta: *V. Carpz. 2. q. 77. n. 14. Diss. Matth. d. t. 1. c. 2. n. 6.* juxta quod dist. inter furtum cum violentià conjunctum & simplex, illud ordinariè ultimo supplicio, aliquando extra ordinè poenà alià corporis afflictivà punitur. *O. crim. a. 159. V. Carpz. q. 79. Jung. l. 1. §. 1. 2. d. effract.* circa hoc dist. an furtum sit primà an secundà an tertià vice commissum: si primà vice, interest an furtum sit parvum idq; aut non manifestum, & poena ejus est duplum; *v. art. 157.* aut mani-

manifestum, vid. art. 158. add. art. 167. 168. 169. 170. Vid. Carpz. q. 78. n. 97. an magnum, & poena arbitraria, quæ ratione circumstantiam etiam capitalis esse potest, irrogatur vid. art. 160. Vid. Carpz. d. q. 76. n. 13. Secundâ vice itidem poena est arbitraria v. art. 161. Vice deniq; tertiâ comissi poena est ultimum supplicium. art. 162. Jung. const. Elect. 4 c. 32. & seqq. ibiq; Carpz. & eund. de causis mitigantibus poenam d. p. 2. prax. crim. q. 88. 81. 82. & 80. ubi de mitigatione poenæ ob damnum restitutum: non v. locus mitigationi silicrum furis interceptum n. 58.

XII. Postremò notandum, quod ob singularem conditionem personæ actio furti nec civilis, nec criminalis de Jure civ. locum habeat (1.) inter patrem & filium l. 16. l. 17. b. Ex. in l. 52. §. 5. b. l. 1. 2. 5. 6. 7. 9. d. obseq. par & patr. prest. (2.) inter maritum & uxorem l. 52. §. 1. 2. b. l. 17. C. eod. o. crim. art. 165. Datur tamen actio rerum amotarum, quæ est actio rei persecutoria ex delicto l. 26. l. 29. l. 3. §. 4. d. rer. am. ult. C. eod. & quidem directa si intuitu solvendi matrimonii res ablata, & solutio secuta l. 2. d. Utilis verò si vel non eo intuitu, sed simpliciter res amota l. 2. C. d. l. 25. D. eod. vel dissolutio non secuta l. 21. d. l. (3.) si domino servus d. l. 17. vel etiam mercenarius furatus fuerit l. 89. b. l. 11. §. 1. d. poen. Moribus tamen & servus & mercenarius furti tenetur Clar. §. rec. sent. §. furtum n. 22. & ibid. Bajard. n. 85. Bocer. d. tr. c. 2. n. 146. Carpz. 4. c. 38. It. de administratoribus & tabellariis pecuniam furantibus d. P. 4. c. 41. & prax. crim. p. 2. q. 85. Idem de singularibus furtorum speciebus agit q. 83. 84. De tigno juncto actum est, Diff. d. adif. priv. tb.

XIII. Secundum delictum privatum est damnum injuriâ datum, quod vindicatur vel in genere Lege Aquiliâ, de qua Exerc. 12. tb. 4. vel etiam in specie si arbores furtim casæ datur actio ex L. XII. Tab. l. 1. l. 11. arb. furt. cas. ord. crim. art. 168. Datur verò ista actio domino arboris sive directo sive utili l. 5. §. ult. pen. l. ult. b. add. l. 6. §. 1. contra eum qui arborem vid. l. 3. furtim v. l. 8. §. 1. 3. l. 7. pr. etiam solo animo nocendi, non lucrifaciendi l. 8. §. 2. l. 7. §. 1. succidit, vel deglabravit v. l. 5. pr. l. 7. §. 3. 4. l. 6. pr. ad poenam dupli vid. l. 7. §. 6. 7. l. 8. pr. Quid moribus obtineat vid. Carpz. d. p. 2. q. 83. n. 2.

XIV. Tertium delictum est Vis honorû raptorû,
quæ

quæ est delictum privatum, quo dolo malo res aliena mobilis vi, saltem destinata, aufertur, aut damnum in illâ datur: & quis obligatur ad restitutionem simpli & pœnam tripli *pr. J. b. l. 1. pr. & §§. seqq. b.*

XV. Datur hinc actio vi bonorum raptorum *d. l. 1. §. 17. b. (videntur nim. & rapta quæ corrupta alicui relinquuntur l. 4. §. 10 b.)* illi cujus interest rem non esse vi raptam vel corruptam *l. 1. §. 22. & seqq. b. Perez. n. 1. C. b.* contra illum, qui dolo & vi rem mobilem rapuit aut corrupit, causamvè dederit quò fieret *l. 2. §. 2. & seqq. b.* Si quis autem rem suam, vel quam suam existimabat vi rapuerit, non tenetur hac actione sed aliter punitur *l. 1. b. l. 2. §. 18. b. l. 7. C. unde vi Vid. Exerc. 37. tb. 22.* Dicimus rem mobilem per *l. 1. 2. C. b.* Immobilium invasio dicitur, cujus nomine vel interdictum competit, *d. Ex. 37. tb. 27.* vel conditio triticiaria. *Ex. 15. tb. 34.* vel Judicium publicum *L. Juliae l. 5. ad Jul. d. vi priv. l. 3. §. ult. ad L. Jul. d. vi publ. Matth. in L. 47. t. 2. c. 1. n. 4.*

XVI. Tendit hæc actio in quadruplum intra annum utilem, *v. l. 2. §. 13. b.* posteam in simplum *l. 2. 3. 4. 5. b. h. e.* ad rem tantum, quia resp. tripli est prætoriam pœnalis non solita excedere annum *Vid. Perez. d. r. n. 5.* Non verò prodest ei qui vi rapuit ad evitandam pœnam, si ante judicium rem restituat *l. 5. b. Add. Carpz. 2. q. 90. n. 55.* Conveniri quoque poterit raptor actione furti vel non manifesti *l. 1. b. l. 88. d. furt. vel manifesti l. 80. §. 3. l. 52. §. ult. d. furt.* Caterum quomodo hodie criminaliter raptor puniatur *Vid. o. crim. art. 126. Carpz. d. p. 2. q. 90. & 91.* Differt vero ab illo latro, qui spoliū causâ hominem occidit *V. Ex. seq.*

XVII. Ad violentum damnum quoq; refertur, tum, quod inturbâ, licet non ab ipso turbam concitante, dolo factum est: daturque eo nomine actio in factum intra annum in duplum post annum in simplum *l. 4. pr. §. 1. §. 11. & seqq. b.*

XIIX. Deinde ad rapinam & damnum violentum pertinet, si quis occasione incendii ruinæ, naufragii, ratis, navis expugnata dolo malo rapuerit, damnivè quid dederit, & datur intra annum utilem actio in quadruplum, post annum in simplum *Vid. t. t. d. inc. ruin. naufr. ibi Wes.* & quidem non solum is tenetur, qui vi tale quid perpetravit, sed etiam qui ipse vim

vim nullam adhibuit *l. 3. §. 4. §. 5. b.* Sicut enim in turba, cui con-
iuncta semper quædam violentia, damnum datum in vim in-
cidit, licet vis in indando damnum non adhibita: ita quoque
qui in tali tumultu ex incendio, expugnatione navis &c. orto,
alicui in trepidatione constituto nocet, vim inferre videtur.

XIX. Quartum delictum, Iniuria, est delictum pri-
vatum in alterius contumeliam dolo admissum *l. 3. §. 1. §. 3. b.*
Estque vel realis, quæ facto aliquo ad probri & turpitudinis
notam comparato committitur *l. 1. b.* Vel verbalis quæ fit
vel verbis ore prolatis, vel scriptis: cujus injuriæ quæ scripto
fit singularis species est, quæ dicitur famosus libellus, quando
scil. alicui notabile aliquod crimen scripto objicitur: an ve-
rò expresse an tecto nomine fiat, nihil interesse putamus:
quamvis hoc posterius sæpius fiat *l. 5. §. 9. c. Pol. d. A. 1577. tit. 35.*
Non obst. o. crim. art. 110. Jung. ib. Stephan.

XX. Requiritur dolus, consistens scil. in animo inju-
riandi, *l. 3. §. 1. §. 3. 4. l. 4. b.* qui animus ex ipso dicto facto
injuriioso in doli capacibus præsumitur, ita ut illum negans,
abfuisse ostendere debeat. *Vid. Matth. in L. 47. t. 4. n. 10. Carpz.*
prax. cr. 2. q. 97. n. 2. & seqq. & 2. resp. 64. Excipitur tamen, si
quis tale quid objecerit, quod interfuit reip. scire, (*si id verum*
esse probetur) vel tendit ad conservationem juris sui: tunc præ-
sumtio est pro injuriante, quod nō habuerit animū injuriandi
l. 18. pr. b. l. 5. C. b. Sub. Ex. 16. apb. 58. & alteri incumbit probare
animum injuriandi: quo probato veritas convitii non excu-
sat *d. l. 5. C. b. o. cr. a. 110. in fin. Diff. Matth. in L. 47. t. 4. n. 8.* Si
autem aliud quid objiciatur, licet verum fuerit, tamen pravus
animus præsumitur *Add. Covarr. 2. var. res. 1. c. 2. n. 8. Gail. 2. o.*
99. Carpz. 2. resp. 61. & 2. pr. crim. q. 96. n. 73. Neq; etiam excusat
injuriantem, si injuriam à se prolatam ab alio se audivisse di-
cat *arg. l. un. C. d. fam. lib. Vid. Dn. Carpz. d. q. 96. n. 67. Matth. d. c.*
n. 4. nec si ad alterius mandatum injurias evomuerit. Id. 2. resp.
62. Sed qd. an etiam ministri Ecclesiæ & sacerdotes injuriarū
teneantur, quando pro concione certam personam criminis
alicujus arguunt? *Aff. arg. l. 32. b. R. A. zu Augspurg d. A. 1530.*
S. haben wir. It. zu Spener d. A. 1542. S. damit aber. Vid. Dn.
Erbig. D. 12. semid. q. 3. Reinking. d. reg. sec. & Eccl. 3. cl. 2. c. 2. n. 7.

Menoch. 2 cas. 424. Berlich. 5. concl. 59. n. 31. concl. 60. Biedenbach. 2. cons. 1. p. 3. Balduin 4 d. cons. 7. cas. 5.

XXI. Afficitur injuria is, cujus contumeliam injurians intendit *l. 18. §. 3. 4. h. licet læsus non intelligat l. 3. §. 2. h. Add. Matth. d. tr. d. cr. prol. c. 3. etiam servus l. 15. §. 34. 35. 43. h. l. 1. C. eod. Perez. n. 13. Non obst. §. 3. h. Intenditur verò & committitur injuria in aliquem non solum directò & immediatè, sed & per consequentiam ac mediatè, nim. in patremf. & maritum per injuriam directò commissam in filiumf. vel uxorem §. 2. l. h. i. 2. h. (ut sponsam l. 15. §. 24. h.) modò in genere injurians sciverit filiumf. uxorem (sponsamve) esse *l. 18. §. 1. §. 8. h. De servo v. §. 3. h. l. 15. §. 35. h. & mercenario d. l. 15. §. 45. §. 48. h. Competit a. actio injuriarum tum illi qui directò, tum illi qui per consequentiã læsus, nec hæc per illã confu- mitur l. 1. §. 1. h. add. §. 3. l. 2. C. h. l. 17 §. 11. 12. h. Matth. d. c. 4. c. 1. n. 11. Exc. est in l. 5. §. 6. h. Qr. hanc injuria cognato facta, toti cognationi fiat: Neg. Vid. Matth. d. c. n. 11. Perez. n. 12. Ann. Robert. 4. rer. jud. c. 12.**

XXII. Læsiō in hoc delicto consistit in facto ad nostram contumeliam spectante, *l. 1. pr. l. 7. §. 1. h. quod specialiter ab actore exprimendum l. 7. pr. h. Vid. Carpz. 2. q. 95. n. 35. Ejusmodi facta sunt si (1.) honor & reverentia debita nō exhibeatur, sive cōvitiis quis & verbis injuriolis proscindatur l. 15. §. 2. §. seqq. sive debita *degedeja* denegetur *Arist. 1. Rhet. 5. V. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 6. §. 4. Ricc. 1. dec. Neap. 122. Dd. in l. 2. C. ut dign. ord. Sceplitz. ad consuet. Brand. l. 1. t. 1. §. 1. sive pudicitia alicujus attentetur l. 15. §. 20. 21. 22. (2.) corpus nostrum lædatur l. 1. §. 2. l. 15. pr. h. (3.) si rebus & juribus nostris damnum vel vis quædam inferatur l. 13. §. 1. h. 5. pr. h. l. 25. d. act. ems.**

XXIII. Vindicatur injuria actione injuriarum, descendente vel ex edicto Prætoris; vel ex Lege Corneliã, quæ in specie ad injurias, quæ manu fiunt seu reales pertinet *l. 5. pr. ac licet olim criminalis tantum fuerit, tamen ex moribus perinde ut prætoria, civiliter intentari potest l. 37. §. 1. l. 7. §. 6. h. Hortens. in §. 8. l. h. utraq; verò etiam extra ordinem criminaliter potest institui §. 10. h. l. ult. h. Add. de concursu judiciorum Matth. c. 3. lund. Carpz. 2. q. 95. n. 26. 27. Præterea in specie famosus libellus actione ex Scto vindicatur, quæ necessaria est tum quando nomen non est adjectum *l. 5. §. 9. l. 6. h. Const. Imp. deinde poena istius facta capitalis l. un. C. d. famos. lib. Matth. n. 5. De hodiernã Vid. o. crim. a. 110. Carpz. d. 2. q. 98.**

XXIV. Æstimat in utravis actione injuriarum civiliter instituta, is, qui injuriam passus est, eam certã quãdam pecuniæ summã pro injuriæ atrocitate §. 9. h. quam summam judex deinde moderatur §. 7. h. l. 15. §. 2. 25. 34. h. Vid. Carpz. q. 95. Condemnatus inde fit infamis *l. 1. d. his qui not. inf. l. 40. l. 42. h. nisi injuria sit levis arg. l. 17. §. 3. l. 40. h. Sunt tamen casus, quibus & in atrocibus injuriis cessat infamiæ irrogatio Vid. Carpz. d. q. 94. n. 78. §. seqq.*

XXV. Præterea moribus duo adhuc remedia contra injuriantes introducta: alterum judiciale nim. actio ad palinodiam, quam ad civilem actionem accedere & quasi rei fama scil. persecutoriam esse dicimus, adeoque

adeoque cum a tione injuriarum tam civili quam criminali cumulari
posse *Perez. in C. h. n. 22. Myns. l. o. 28. Gail. 1. o. 65. Diss. quoad cumul.*
cum civili Carpz. 2. q. 95. n. 31.) Quamvis enim fundamentum famæ in
honestate morum, vitæ probitate aliisq; qualitatibus positum, nec atro-
cissimæ injuriæ evertere queant: quia tamen ob internum illud & nobis
coherens fundamentum debebamus externo ab aliis honore (*quem honorum
externorum maximum esse dicit Arist. 4. Eth. 7.*) affici: ideo qui injuriam in
aliquem profert, non tribuit ipsi, quod ei debebat; qui verò quod debet
non tribuit, is damnum aliquod infert. Quod damnum uti contrariis
honori verbis datur; ita illis revocatis & honore debito rursus exhibito
refarcitur: atque hinc est, quod aliquando sec. modum illatæ injuriæ re-
cantatio injungatur, aliquando deprecatio *Dn. Pres. Diss. d. 6. priv. th. 47.*

XXVI. Alterum extrajudiciale, retortio injuriarum: cum enim,
uti jam dictum, injurians honorem debitum non exhibeat, sed verbis
lædat: ideo non iniquè læsus honorem, quo indignus habetur, rursus illi
denegando, ac fidem ejus elevando, existimationem suam conservat *Vid.*
Dn. Pres. d. Diss. th. 44. Et seqq. Hoc remedio si quis usus fuerit non com-
petit actio injuriarum *Vid. Id. th. 56.*

XXVII. Caterum injuriarum actio tollitur vel factio injuriati;
vel præscriptione (*De morte injuriati v. Ex. prac. th. 5.*) Factio (1.) dissi-
mulatione, si quis injuriam planè ad animum non revocaverit, sed
neglexerit, de quo dissimulandi & negligendi injuriam animo, ex certis
signis constare debet *§ ult. h. l. 31. C. d. lib. caus. Vid. Matth. d. c. 1. n. 14.* (2.)
remissione vel tacita, si quis injuriam, licet semel ad animum revocatam,
negligat, & neglectam esse ex certis argumentis appareat *Perez. n. 23.*
Conf. Matth. d. c. n. 14. 15. Vel expressâ, ut pacto, transactione *l. 17. §. 1. de
pact. Matth. n. 16.* Aliquando etiam sec. morem quorundam judiciorum fa-
ctio injuriantis cessat actio injuriarum, si nim. is ante lit. contestatam se
pœnitere dicat, ac declaret, se bene de adversarii famâ sentire *V. Carpz. 2. q. 97. n. 14. Faber in C. h. t. def. 9. 11.*

XXVIII. Præscribitur actioni injuriarum prætorix anno *l. 5. C. h. à die
scientiæ computando, Carpz. d. q. 97 n. 20. Matth. d. c. n. 17.* aliàs v. conti-
nuo *V. Ves. h. n. 12.* sive civiliter sive criminaliter agatur *Carpz. d. l. n. 57.*
etiã si scripta sit injuria: *ex famoso in libello criminali actio est perpetua
Matth. n. 18. 20. Carpz. 4. c. 46. d. l. 2. Diss. Gail. 2. o. 104. V. Vurm. l. 1. 47. o. 11.*
Actio v. ex L. Cornelia perpetua est tam civiliter quam criminaliter in-
tentata. *Matth. n. 19. A. Const. El. 4. c. 46. qua circa injurias reales distinguit.*

XXIX. Extraordinaria crimina sunt quibus certæ pœnæ certis
legibus definitæ non sunt, sed pro arbitrio judicis extraordinem irrogantur.
Comemorantur in cõstitutionibus & responsis prudentium variaz pœnarum spe-
cies, quæ delinquentibus extraordinem infligi solent *V. Matth. prol. c. 4. n. 10.*

XXX. Ejusmodi delicta plura enarrantur *l. 1. d. extr. crim. Et tit. seqq.*
ut (I.) Sollicitatio alienarum nuptiarum *l. 1. h.* (II.) Partus abactus:
circa quem tamen jure Carolino dist. an foetus sit inanimatus
& extraordinariè punitur *o. cr. art. 133.* an verò animatus, & pœna est
ultimum supplicium *de art. 133. Vid. Matth. in L. 47. l. 5. c. 1. n. 2. 3. Frantz.*

Exerc.

*Exerc. ult. q. ult. Carpz. 1. q. 11. Quo autem tempore sit animatus. Id. d. q. 11. n. 6. Paul. Zach. quest. Medic. L. 1. t. 2. q. 9. m. 20. (III.) Crimen saccularii l. 7. h. (IV.) Dardanariatus quo quis vel (1.) annonarias merces tan-
sisper suppressit, donec carius possit vendere l. 6. pr. h. *Add. l. 2. od. ann. c. 9. 14. q. 4. Tib. Decian. Pract. crim. L. 7. t. 22. Paris. 1. conf. 54. n. 54. Strach. d. merc. l. 1. n. 34. Kopp. 1. d. 59. n. 20. 22. Vel (2.) qui falsâ mensurâ vel staterâ
utuntur d. l. 6. §. 1. 2. Vid. o. cr. a. 113. (V.) Directarii d. l. (VI.) Scopelismus
l. 9. b. *add. l. 1. 2. C. ut nem lic sign. N. 17. c. 15. Matth. d. l. c. 2. (VII.) Agge-
rum ruptio l. 10. h. V. Id. c. 3. (VIII.) crimen circulatorû & circumforancorû
l. ult. h. Id. c. 4. Vid. Theodor. D. 3. th. 12. § seqq.***

XXXI. (IX.) Violatio sepulcri, ex quo delicto agitur vel civiliter
& datur actio popularis, ita tamen ut primò detur illi, cujus interest *vid.*
l. 3. l. 6. h. l. 3. §. 1. d. pop. act. V. Matth. t. 6. c. 2. n. 5. Vel criminaliter l. ult. l. 3. §.
7. h. l. 4. C. h. Vid. Perez. in C. h. n. 4. § de usu hujus tituli Matth. d. 2. c. n. ult.
Quis verò dicatur sepulcrum violare *vid. l. 2. l. 4. h. l. 4. §. 5. cod. Matth. d. t.*
c. 1. Conf. Const. Elect. 35. p. 4. § de spoliantibus furca affixor Bajard. ad
star. rec. sent. 5. 6. f. q. 68. n. 142. q. 100. n. 6.

XXXII. (X.) Concussio, quæ committitur injecto terrore, pecuniæ
vel rei alicujus extorquendæ gratiâ *t. t. d. concuss. Matth. l. 7. c. 1. 2. Affines*
sunt huic cōminationes de quibus ord. crim. a. 128. tit. 176. (XI.) Abigeatus
s. e. Matth. c. 8. Hodie ultimo supplicio ut fures & raptores afficiuntur.
Carpz. 2. q. 66. n. 39. (XII.) Prævaricatio vid t. t. d. prævaric. ibiq; Matth.
Id. c. cr. a. 115. ibiq; Stephan. (XIII.) Receptio facinorosorum t. t. d. recept.
Matth. t. 9. 10. Carpz. 3. q. 34. n. 48. mitiùs tamen puniendi cognatos reci-
pientes d. Aut. (XIV.) Furtum balnearium t. t. h. § ibi Matth. Hodie
isthoc ut aliud furtum punitur. (XV.) Carceris effractio l. 1. pr. d. effract.
Matth. d. l. 47. t. ult. 44. (XVI.) crimen expilatæ hereditatis t. t. b. ibiq;
Matth. § Perez. non tamen ejus accusari potest uxor, nec heres l. 1. C. h.
l. 3. fam. ere. o. crim. a. 165. l. 5. h.

XXXIII. (XVII.) Crimen stellionatus, quod committunt, qui
improbiùs fraudavere, si crimen aliud non sit, quod objiciatur, uti enim in
civilibus judiciis datur generalis actio de dolo; ita in criminalibus hæc
accusatio *l. 1. §. 1. h. Vid. Matth. t. 13. c. 1. 2. condemnatus verò inde ali-*
quando fit infamis l. 13. §. ult. d. his qui not. inf. aliquando non l. 2. h. Vid.
Perez. h. n. 5. Quomodo quis possit accusationem evitare vid. l. 1. C. h.
Matth. d. c. 2. n. 2. (XVIII.) Terminus motus t. t. d. term. mot. ibiq; Matth.
Vid. o. cr. a. 114. ob quem etiam datur actio popularis l. 3. pr. h. (XIX.) col-
legii seu corporis illiciti coitio, t. t. d. colleg. § corp. ibiq; Matth. Refer-
runtur præterea ad crimina extraordinaria. (1.) Expositio infantis Matth.
c. 2. Carpz. 1. q. 10. (2.) Improbamendicitas. Matth. c. 3. Ord. Pol. t. 27.
(3.) Ludi vetiti. Carpz. 1. q. 134. n. 1. 2. (4.) fœneratio. Id. 2. q. 22. v. 29.
it. (5.) Ebriositas. Ord. Pol. t. 8. Id. 3. q. 146 n. 32. § seqq.

XXXIV. Delicta popularia sunt, quæ inter publica lege non
relata, actio tamen ob illa cuius de populo datur *t. t. d. pop. act.*
cujusmodi passim occurrunt. Sunt verò quædam actiones
populares etiam ex causis civilibus. *Vid. Pat. Isag. h. n. 4.*

Theodor. colleg. crim. D. 3.

05 A 2002

ULB Halle 3
003 791 564



5b

VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

I. N. D. N. J. C.
EXERCITATIO JURIDICA XXXIX.

De
PRIVATIS DELICTIS

Quam
Suffragante Magnifico & Nobilissimo Jctorum
Ordine in incluta LL. nutrice Salanâ

PRÆSIDE
V I R O

Nobilissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo
DN. GEORG-ADAMO Struben
J. U. D. & Prof. Publ. Consiliario Saxonico,
Facultatis Juridicæ h. t. Decano, Curia Provincialis
& Scabinatus Assessore gravissimo,

Præceptore & Promotore
plurimum de venerando

Potiores ex ejusdem Publicis & Privatis Prælectionibus delibatas theses publicè ad Disputandum proponens suscipit

DAVID CICHORIUS Hojerschwerdâ-Lufatus,

In Auditor, Jctorum
D. August. Horis à VII. Matutinis.

JENÆ Prelo LOBENSTEINIANO
A. R. S. cl; l; c; XLVIII.

29.
2

